t

Jhs Mª

Fr. Franciscus à Conceptione Provincialis fratrum discalceatorum B. M. V. de Monte Carmeli primitivæ observantiæ in hac S. P. N. Alberti Provincia in Nova Hispania. tibi dilecto nobis in Christo fratri Michaeli à Conceptione nostræ sacræ Religionis professo, in Dno salutem. Novimus te iam Diaconatus ordine insignitum fuisse, vitæ, ac morum, honestatem, et congruam ætatem habere: Ideoque, ut ad sacrum Presbyteratus ordinem, iuxta s.ti Concilij Tridentini Decreta, rite, et canonice promoveri possis licentiam, et facultatem tibi concedimus. Qua propter, Illmos ac Rmos Archiepiscopos, vel Episcopos in Dno obsecramus, ut periculo facto (si velint) de tua sufficientia, (supplicatis et interstitijs) tibi huiusmodi ordinem dignentur impertiri; quem examinatum, et approbatum quantum ad Nos ad eosdem remittimus. In quorum fidem presentes litteras, manu nostra, ac Secretarij nri nomine subscriptas, sigilloque nri officij pro more munitas fieri iussimus in hoc nro Almæ Annæ Collegio, die duodecima mensis Septembris anno Dni millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo =

Fr. Franciscus à Conceptione
Provlis

De mdto R. P. N. Provincialis

Fr. Antonius à Cruce
Secretarius